

DESCARTES

**MEDITATIONES DE PRIMA
PHILOSOPHIA**

MEDITATIO TERTIA

FAUSTO CASTILHO

Tradutor

Departamento de Filosofia
Instituto de Filosofia e Ciências Humanas
Universidade Estadual de Campinas

Edição bilíngüe

textos Didáticos

nº 11 - MAIO DE 1993

textos Didáticos
Setor de Publicações
IFCH / UNICAMP
Caixa Postal 6.110
13081-970 - Campinas - SP - Brasil

SOLICITA-SE PERMUTA
EXCHANGE DESIRED

IMPRESSO NA GRÁFICA DO IFCH

MEDITATIO TERTIA

DE DEO, QUOD EXISTAT

TERCEIRA MEDITAÇÃO

SOBRE DEUS: QUE ELE EXISTE

SYNOPSIS

In tertiâ Meditatione, meum præcipuum argumentum
5 ad probandum Dei | existentiam satis fusè, ut mihi vide-
tur, explicui. Verumtamen, quia, ut Lectorum animos 20
quàm maxime a sensibus abducerem, nullis ibi compara-
tionibus a rebus corporeis petitis volui uti, multæ fortasse
obscuritates remanserunt, sed quæ, ut spero, postea in
responſionibus ad objectiones plane tollentur; ut, inter
cæteras, quomodo idea entis summe perfecti, quæ in nobis 25
est, tantum habeat realitatis objectivæ, ut non possit non
esse a causâ summe perfectâ, quod ibi illustratur compa-
ratione machinæ valde perfectæ, cujus idea est in mente
alicujus artificis; ut enim artificium objectivum hujus
ideæ debet habere aliquam causam, nempe scientiam hujus 30
artificis, vel alicujus alterius a quo illam accepit, ita
idea Dei, quæ in nobis est, non potest non habere Deum
ipsum pro causâ.

55

SINOPSE DA TERCEIRA MEDITAÇÃO

/4/ Na Terceira Meditação, parece que me estendi suficientemente na explicação de meu principal argumento para provar a existência de Deus. Todavia, a fim de que a mente dos leitores se separe, o mais que possa, dos sentidos, nela não quis empregar nenhuma comparação pedida a coisas corporais e, por isso, talvez restem muitas obscuridades que depois serão por completo dissipadas, espero, nas respostas que dei a objeções que me fizeram. Exemplo, entre outras, o modo como a idéia do ente sumamente perfeito que há em nós tem tanta realidade objetiva, isto é, *participa por representação de tantos graus de ser e de perfeição**, que ela só pode resultar de uma causa sumamente perfeita, o que ali fica esclarecido pela comparação com uma máquina muito perfeita, cuja idéia se encontra na mente de algum artífice; e do mesmo modo que o artifício objetivo dessa idéia deve ter uma causa – ou o saber do artífice ou de quem o recebeu, – assim também a idéia de Deus, que está em nós, não pode ter por causa senão Deus ele mesmo.

** c'est-à-dire participe par représentation à tant de degrés d'être et de perfection*

56

De Deo, quòd existat^a.

/1/Claudam nunc oculos, aures obturabo, avocabo omnes sensus, imagines etiam rerum corporalium omnes vel ex cogitatione meâ delebo, vel certe, quia hoc fieri vix potest, illas ut inanes & falsas nihili pendam, meque solum alloquendo & penitus inspiciendo, meipsum paulatim mihi magis notum & familiarem reddere conabor. Ego sum res cogitans, id est dubitans, affirmans, negans, pauca intelligens, multa ignorans, volens, nolens, imaginans etiam & sentiens; ut enim | ante animadverti, quamvis illa quæ sentio vel imaginor extra me fortasse nihil sint, illos tamen cogitandi modos, quos sensus & imaginationes

notus

TERCEIRA MEDITAÇÃO

Sobre Deus: que ele existe

(1/ Agora, fecharei agora meus olhos, o ouvido tapado, distraídos todos os sentidos, apagarei também do pensamento as imagens de todas as coisas corporais ou, como isto é apenas possível, passarei a estimá-las vãs e falsas; e entretendo-me só comigo e me inspecionando mais a fundo, esforçar-me-ei por me tornar paulatinamente mais conhecido e mais familiar a mim mesmo. Eu sou uma coisa pensante, isto é, que duvida, afirma, nega, entende poucas e ignora muitas coisas, ama, odeia*, quer, não quer, imagina e também sente; como notei anteriormente, mesmo se as coisas que sinto e imagino fora de mim talvez não sejam nada, os modos de pensar, contudo, que chamo sentimento e imaginação,

appello, quatenus cogitandi quidam modi tantum sunt, in me esse sum certus^a.

- Atque his paucis omnia recensui quæ vere scio, vel saltem quæ me scire hac | tenus animadverti. /2/ Nunc 33
- 5 circumspiciam diligentius an forte adhuc apud me alia sint ad quæ nondum respexi. Sum certus me esse rem cogitantem. Nunquid ergo etiam scio quid requiratur ut de aliquâ re sim certus? Nempe in hac primâ cognitione nihil aliud est, quàm clara quædam &
- 10 distincta perceptio ejus quod affirmo; quæ sane non sufficeret ad me certum de rei veritate reddendum, si posset unquam contingere, ut aliquid, quod ita clare & distincte perciperem, falsum esset; ac proinde jam videor pro regulâ generali posse statuere, illud omne
- 15 esse verum, quod valde clare & distincte percipio. /3/ Verumtamen multa prius ut omnino certa & manifesta admisi, quæ tamen postea dubia esse deprehendi. Qualia ergo ista fuere? Nempe terra, cælum, sydera & cætera omnia quæ sensibus usurpabam.
- 20 Quid autem de illis clare percipiebam? Nempe ipsas talium rerum ideas, sive cogitationes, menti meæ obversari. Sed ne nunc quidem illas ideas in me | esse inficior. Aliud autem quiddam erat quod affirmabam, quodque | etiam ob consuetudinem credendi clare me
- 25 percipere arbitrabar, quod tamen revera non percipiebam: nempe res quædam extra me esse, a quibus ideæ istæ procedebant, & quibus omnino similes erant. Atque hoc erat, in quo vel fallebar, vel certe, si verum judicabam, id non ex vi meæ perceptionis contingebat.
- 30 /4/ Quid verò? Cùm circa res Arithmeticas vel Geome-

na medida em que são tão somente modos de pensar, estou certo de que estão em mim. E essas poucas coisas recenseadas por mim são todas as que sei com certeza ou, ao menos, de que até agora me dei conta de que sei.

** qui aime, qui hait*

/2/ Farei agora uma inspeção ainda mais diligente para saber se acaso não há em mim outras coisas que não vi. Estou certo de ser uma coisa pensante. Logo, não saberei por ventura também o que se requer para que esteja certo de alguma coisa? Neste primeiro conhecimento não há na verdade nada mais que a percepção clara e distinta do que afirmo: o que não bastaria afinal para me tornar certo da verdade da coisa, se jamais pudesse acontecer que fosse falso algo por mim percebido, assim clara e distintamente. Por conseguinte, parece que já posso estabelecer como regra geral que tudo o que perceba muito clara e distintamente será verdadeiro.

/3/ Entretanto, admiti inicialmente muitas coisas como de todo certas e manifestas que em seguida vim a saber duvidosas. Quais eram elas, então? A saber, a terra, o céu, os astros e todas as outras coisas que conhecia pelos sentidos. E que era o que, em tais coisas, eu percebia claramente? Percebia, na verdade, que as próprias idéias ou pensamentos dessas coisas punham-se diante de minha mente. E nem agora contesto que essas idéias estejam em mim. Havia outra coisa ainda que eu também afirmava e julgava perceber claramente, por um hábito de crer, e que de fato não percebia: a saber, que há coisas fora de mim das quais as idéias procediam e às quais elas se assemelhavam por inteiro. E nisto me enganava ou, pelo menos, se meu juízo era verdadeiro, não era por força de minha percepção

/4/ Mas, quando considerava algo muito simples e muito fácil pertencente à Aritmética e à Geometria,

tricas aliquid valde simplex & facile considerabam, ut
 quòd duo & tria simul juncta sint quinque, vel similia,
 nunquid faltem illa satis perspicue intuebar, ut vera
 esse affirmarem? Equidem non aliam ob causam de iis
 dubitandum esse postea judicavi, quàm quia veniebat
 in mentem forte aliquem Deum talem mihi naturam
 indere potuisse, ut etiam circa illa deciperer, quæ
 manifestissima viderentur. Sed quoties hæc præcon-
 cepta de summâ Dei potentiâ opinio mihi occurrit,
 non possum non fateri, siquidem velit, facile illi esse
 efficere ut errem, etiam in iis quæ me puto mentis
 oculis quàm evidentissime intueri. Quoties verò ad
 35 ipsas res, quas valde |clare percipere arbitror, me
 converto, tam plane ab illis persuadeor, ut sponte
 erumpam in has voces: fallat me quisquis potest,
 nunquam tamen efficiet ut nihil sim, quandiu |me ali-
 quid esse cogitabo; vel ut aliquando verum sit me
 nunquam fuisse, cum jam verum sit me esse; vel forte
 etiam ut duo & tria simul juncta plura vel pauciora
 sint quàm quinque, vel similia, in quibus scilicet re-
 pugnantiamagnosco manifestam, / 5 / Et certe cum nullam
 occasionem habeam existimandi aliquem Deum esse
 deceptorem, nec quidem adhuc satis sciam utrùm sit
 aliquis Deus, valde tenuis &, ut ita loquar, Meta-
 physica dubitandi ratio est, quæ tantùm ex eâ opinione
 dependet. Ut autem etiam illa tollatur, quamprimum
 25 occurreret occasio, examinare debeo an sit Deus, &, si
 sit, an possit esse deceptor; hac enim re ignoratâ, non
 videor de ullâ aliâ plane certus esse unquam posse.

Nunc autem ordo videtur exigere, ut prius omnes 30

notes

como dois e três juntos fazem cinco, e coisas semelhantes, acaso eu não as intuía bastante distintamente para afirmar pelo menos que eram verdadeiras? E se depois julguei que as podia pôr em dúvida, por outra causa não foi decerto senão por me vir à mente que um Deus talvez pudesse me dar uma natureza tal que eu me enganasse a respeito de coisas que me pareciam as mais manifestas. E, todas as vezes que essa opinião, aceita anteriormente, sobre a suma potência de Deus me ocorre, não posso deixar de confessar que se, na verdade, ele o quiser, fácil lhe será fazer que eu erre, mesmo nas coisas que penso intuir como as mais evidentes com os olhos da mente. E todas as vezes que me volto, porém, para as mesmas coisas que julgo perceber muito claramente, sou por elas persuadido, de forma tão completa que passo a dizer por mim mesmo: engane-me quem puder, nunca poderá fazer todavia que eu nada seja, enquanto pensar que sou algo; ou, que uma vez seja verdadeiro que eu nunca fui, sendo agora verdadeiro que sou; ou que, talvez, dois e três juntos sejam mais ou menos do que cinco, ou coisas semelhantes, nas quais reconheço certamente uma contradição manifesta.

/5/ E como não há nada decerto que tenha ocasionado em mim a opinião de que há um Deus enganador pois, por ora, nem sei satisfatoriamente se existe algum Deus, e a razão de duvidar que se apoia apenas naquela opinião é muito tênue e, por assim dizer, metafísica. Para eliminá-la devo examinar, assim que se apresente a ocasião, se há um Deus e, se sim, se pode ser enganador pois, na ignorância disto, não vejo que possa jamais estar plenamente certo de nenhuma outra coisa. Agora, como a ordem parece exigir,

meas cogitationes in certa genera distribuam, & in quibusnam ex illis veritas aut falsitas proprie consistat, inquiram. /6/ Quædam ex his tanquam rerum imagines sunt, quibus solis proprie convenit ideæ nomen: ut cum hominem, vel Chimæram, vel Cælum, vel Angelum, vel Deum cogito. Aliæ verò alias quasdam præterea formas habent: ut, cum volo, cum timeo, cum affirmo, cum nego, semper quidem aliquam rem ut subjectum meæ cogitationis apprehendo, sed aliquid etiam amplius quàm istius rei similitudinem cogitatione complector; & ex his aliæ voluntates, sive affectus, aliæ autem judicia appellantur.

/7/ Jam quod ad ideas attinet, si solæ in se spectentur, nec ad aliud quid illas referam, falsæ proprie esse non possunt; nam sive capram, sive chimæram imaginer, non minus verum est me unam imaginari quàm alteram. /8/ Nulla etiam in ipsâ voluntate, vel affectibus, falsitas est timenda; nam, quamvis prava, quamvis etiam ea quæ nusquam sunt, possim optare, non tamen ideo non verum est illa me optare. /9/ Ac proinde sola supersunt judicia, in quibus mihi cavendum est ne fallar. Præcipuus autem error & frequentissimus qui possit in illis reperiri, consistit in eo quòd ideas, quæ in me sunt, iudicem rebus quibusdam extra me positis similes esse sive conformes; nam profecto, si tantum ideas ipsas ut cogitationis meæ quosdam modos considerarem, nec ad quidquam aliud referrem, vix mihi ullam^a errandi materiam dare possent.

/10/ Ex his autem ideis^b aliæ innatæ, aliæ adventitiæ,

e para que eu possa ter ocasião de examinar o assunto sem interromper a ordem de meditar que me propus, a qual consiste em passar gradualmente das noções que eu primeiro encontrar em minha mente às que possa encontrar depois*, antes tenho de distribuir todos os meus pensamentos em certos gêneros, examinando em quais deles reside propriamente a verdade e a falsidade.

**Et afin que je puisse avoir occasion d'examiner cela sans interrompre l'ordre de méditer que je me suis proposé, qui est de passer par degrés des notions que je trouverai les premières en mon esprit à celles que j'y pourrai trouver par après*

/6/ Desses pensamentos alguns são como imagens das coisas, e só a eles convém propriamente o nome de idéia, como quando penso em um homem, numa quimera, no céu, em um anjo ou *mesmo** em Deus. Outros possuem também outras formas, como quando quero, temo, afirmo, nego e, então, sempre apreendo alguma coisa como objeto de meu pensamento, mas abarco no pensamento algo mais do que a similitude dessa coisa; e destes, uns se chamam vontades e afetos, outros, juízos.

* *même*

/7/ Já no que se refere às idéias, vistas apenas em si mesmas e não referidas a outra coisa, elas não podem ser propriamente falsas, pois quer eu imagine uma cabra ou uma quimera, não é menos verdadeiro que imagino tanto uma quanto a outra.

/8/ E não se deve também temer que haja falsidade na própria vontade ou nos afetos pois, embora eu possa desejar coisas más e até coisas que jamais existiram, nem por isso é contudo menos verdadeiro que as desejo.

/9/ Restam, em consequência, apenas os juízos, em que tenho de me acautelar contra o erro. O principal e mais frequente erro, que pode ocorrer nos juízos, consiste em julgar que as idéias que estão em mim são semelhantes ou conformes às coisas postas fora de mim. Ao passo que se considero essas mesmas idéias somente como modos de meu pensamento, não as reportando a qualquer outra coisa, apenas poderão ensinar-me matéria de erro.

/10/ Mas dessas idéias umas me parecem inatas, outras adventícias,

aliæ a me ipſo factæ mihi videntur : nam quòd intel-
 ligam quid ſit res, quid ſit veritas, quid ſit cogitatio,
 hæc non aliunde habere videor quàm ab ipſâmet meâ
 naturâ; quòd autem nunc ſtrepitum audiam, ſolem
 videam, ignem ſentiam, a rebus | quibuſdam extra me 5
 poſitis procedere hæctenus judicavi; ac denique Sy-
 renes, Hippogryphes, & ſimilia, a me ipſo finguntur.
 Vel forte etiam omnes eſſe adventitias poſſum pu-
 tare, vel omnes innatas, vel omnes factas : nondum
 enim veram illarum originem clare perſpexi. 10

Sed hîc præcipue de iis eſt quærendum, quas tan-
 quam a rebus extra me exiſtentibus deſumptas confi-
 38 dero, quænam me moveat ratio ut illas iſtis rebus
 ſimiles eſſe exiſtitem. /11/ Nempe ita videor doctus a na-
 turâ. Et præterea experior illas non a meâ voluntate 15
 nec proinde a me ipſo pendere; sæpe enim vel invito
 obverſantur : ut jam, ſive velim, ſive nolim, ſentio ca-
 lorem, & ideo puto ſenſum illum, ſive ideam caloris, a
 re a me diverſâ, nempe ab ignis cui aſſideo calore,
 mihi advenire*. Nihilque magis obvium eſt, quàm ut 20
 judicem iſtam rem ſuam ſimilitudinem potius quàm
 aliud quid in me immittere.

/12/ Quæ rationes, an ſatis firmæ ſint, jam videbo. Cùm
 hîc dico me ita doctum eſſe a naturâ, intelligo tan-
 tum ſpontaneo quodam impetu me ferri ad hoc cre- 25
 dendum, non lumine aliquo naturali mihi oſtendi eſſe
 verum. Quæ duo multum diſcrepant; nam quæ-
 cumque lumine naturali mihi oſtenduntur, ut quòd
 ex eo quòd dubitem*, ſequatur me eſſe, & ſimilia, nullo
 modo dubia eſſe poſſunt, quia nulla alia facultas eſſe 30
 poteſt, cui | æque fidam ac lumini iſti, quæque illa

outras feitas por mim. Que eu entenda o que seja coisa, verdade, pensamento parece que o tenho de minha própria natureza somente; agora, que eu ouça o ruído, veja o sol, sinta o fogo provem, pelo que julguei até agora, de coisas postas fora de mim; finalmente, sereias, hipogrifos e semelhantes, são feitos por mim. Como ainda não tenho uma percepção clara de sua verdadeira origem, posso supor também que essas idéias talvez sejam todas adventícias ou todas inatas ou todas feitas por mim. Neste ponto, cabe-me principalmente indagar, em relação às que considero como tomadas de coisas existentes fora de mim, a razão que me move a estimá-las semelhantes a essas coisas.

/11/ Em primeiro lugar, parece-me que nisto fui instruído pela natureza. Em segundo lugar, experimento que essas idéias não dependem de minha vontade e, por conseguinte, de mim, pois é freqüente que, a despeito de mim, se me deparem, como acontece neste momento, quando quer eu queira, quer não, sinto calor e creio por isso que o sentir calor ou a idéia de calor ocorrem em mim a partir de uma coisa diversa de mim, a saber, do calor do fogo perto do qual estou sentado. Nada mais óbvio, pois, que julgue ser essa coisa e não outra, que manda para dentro de mim uma sua similitude.

/12/ Examinarei, agora, se tais razões são bastante firmes e *convincentes**. Ao dizer que fui instruído pela natureza, apenas entendo que é por um impulso espontâneo que nisso acredito e não que uma luz natural me mostre que é verdadeiro. Duas coisas que muito discrepam entre si: pois, o que a luz natural me mostra — que de duvidar segue-se que sou, e coisas semelhantes, — não pode ser de modo nenhum duvidoso, porque não pode haver outra faculdade em que de igual maneira confie como nessa luz,

non vera esse possit docere; sed quantum ad impetus naturales, jam sæpe | olim judicavi me ab illis in de- 39
 teriorem partem fuisse impulsus, cum de bono eli-
 gendo ageretur, nec video cur iisdem in ullâ aliâ re
 5 magis fidam.

10 /13/ Deinde, quamvis ideæ illæ a voluntate meâ non
 pendeant, non ideo constat ipsas a rebus extra me
 positis necessario procedere. Ut enim impetus illi, de
 quibus mox loquebar, quamvis in me sint, a voluntate
 10 tamen meâ diversi esse videntur, ita forte etiam^a ali-
 qua alia est in me facultas, nondum mihi fatis co-
 gnita, istarum idearum effectrix, ut hactenus semper
 visum est illas, dum somnio, absque ullâ rerum exter-
 narum ope, in me formari.

15 14 Ac denique, quamvis a rebus a me diversis proce-
 derent, non inde sequitur illas rebus istis similes
 esse debere. Quinimo in multis sæpe magnum dis-
 crimen videor deprehendisse: ut, exempli causâ, duas
 20 diversas solis ideas apud me invenio, unam tanquam
 a sensibus haustam, & quæ maxime inter illas quas
 adventitias existimo est recensenda, per quam mihi
 valde parvus apparet, aliam verò ex rationibus Astro-
 nomix defumptam, | hoc est ex notionibus quibus- 40
 dam mihi innatis elicitam, vel quocumque alio modo
 25 a me factam, per quam aliquoties | major quàm terra
 exhibetur; utraque profecto similis eidem soli extra
 me existenti esse non potest, & ratio persuadet illam
 ei maxime esse dissimilem, quæ quàm proxime ab ipso
 videtur emanasse.

30 /14/ Quæ omnia fatis demonstrant me non hactenus ex

e que me possa mostrar que aquilo não é verdadeiro. Quanto aos impulsos naturais, já julguei frequentemente, no passado, que me empurraram para o lado pior, quando se tratava de escolher o que fosse bom, e não vejo por que deva confiar mais neles no referente a outra coisa.

* *et convaincantes*

/13/ Em segundo lugar, isto é, embora essas idéias não dependam de minha vontade, não é por isso necessário que procedam de coisas postas fora de mim. Pois, assim como os impulsos de que falava antes, embora estejam em mim, parecem contudo ser diversos de minha vontade, pode ser que haja em mim outra faculdade, por ora insuficientemente conhecida de mim, que produz essas idéias *sem o auxílio de nenhuma coisa exterior**, do mesmo modo que sempre me pareceu até agora que em mim se formam quando durmo, sem nenhuma ajuda de coisas externas. Em terceiro lugar, finalmente, supondo que procedam de coisas diversas de mim, daí não se segue que lhes devam ser semelhantes. Antes, ao contrário, parece que frequentemente percebi em muitas uma grande discrepância *entre o objeto e sua idéia**, como é o caso das duas diversas idéias do sol que tenho em minha mente, haurida uma dos sentidos, que deve ser arrolada precisamente entre as que reputo adventícias, e pela qual ele me aparece muito pequeno; e outra, tirada das razões da Astronomia, isto é, resultante de noções que me são inatas ou obtida por mim através de qualquer outro modo, em que o sol se apresenta muitas vezes maior que a terra: é seguro que essas idéias não podem ser ambas semelhantes a um mesmo sol existente fora de mim, e a razão me convence de que a que parece emanar mais diretamente dele é a que menos se lhe assemelha.

* *sans l'aide d'aucunes choses extérieures*

* *entre l'objet et son idée*

/14/ Tudo isso demonstra suficientemente que não foi

certo iudicio, sed tantum ex cæco aliquo impulsu, credidisse res quasdam a me diversas existere, quæ ideas sive imagines suas per organa sensuum, vel quolibet alio pacto, mihi immittant.

16 /16/ Sed alia quædam adhuc via mihi occurrit ad inquirendum an res aliqua, ex iis quarum idea in me sunt, extra me existant. Nempe, quatenus idea ista cogitandi quidam modi tantum sunt, non agnosco ullam inter ipsas inæqualitatem, & omnes a me eodem modo procedere videntur; sed, quatenus una unam rem, alia aliam repræsentat, patet easdem esse ab invicem valde diversas. Nam proculdubio illæ quæ substantias mihi exhibent, majus aliquid sunt, atque, ut ita loquar, plus realitatis objectivæ in se continent, quàm illæ quæ tantum modos, sive accidentia, repræsentant; & rursus illa per quam summum aliquem Deum, æternum, infinitum, omniscium, omnipotentem, rerumque omnium, quæ præter ipsum sunt, creatorem intelligo, plus perfectio realitatis objectivæ in se habet, quàm illæ per quas finitæ substantiæ exhibentur.

17 /16/ Jam verò lumine naturali manifestum est tantumdem ad minimum esse debere in causâ efficiente & totali^a, quantum in ejusdem causæ effectu. Nam, quæso, undenam posset assumere realitatem suam effectus, nisi a causâ? Et quomodo illam ei causa dare posset, nisi etiam haberet? /17/ Hinc autem sequitur, nec posse aliquid a nihilo fieri, nec etiam id quod magis perfectum est, hoc est quod plus realitatis in se con-

por um juízo certo, mas por algum cego impulso, que acreditei até agora na existência de coisas diversas de mim, a mandar para dentro de mim suas idéias ou imagens, através dos órgãos dos sentidos ou por qualquer outra maneira, *ali imprimindo suas similitudes**.

* *et y imprimaient leur ressemblance*

/15/ Um outro caminho se me oferece, todavia, para investigar se coisas, cujas idéias estão em mim, existem fora de mim. A saber, na medida em que são modos de pensar apenas, não reconheço nenhuma desigualdade entre as idéias, pois parecem proceder todas, pela mesma maneira, de mim. Na medida, em que uma representa uma coisa, outra, outra coisa, é contudo patente que são muito diversas entre si, pois as que me mostram substâncias são sem dúvida algo mais e contém em si, por assim dizer, mais realidade objetiva, *isto é, participam por representação de mais graus de ser ou de perfeição** do que as que só representam modos ou acidentes. Por sua vez, aquela pela qual entendo um Deus supremo, eterno, infinito, *imutável**, onisciente, onipotente, criador de todas as coisas fora dele, tem seguramente em si mais realidade objetiva do que as que mostram substâncias finitas.

* *c'est-à-dire participent par représentation à plus de degrés d'être ou de perfection*

* *immuable*

/16/ Pela luz natural é já manifesto que deve haver na causa eficiente e total pelo menos tanto ser quanto há no seu efeito. Pois, de onde o efeito poderia receber sua realidade a não ser da causa? E como esta poderia dá-la, a menos que a tenha?

/17/ Donde se segue, por outro lado, que do nada não pode resultar alguma coisa e, também, que o mais perfeito, isto é, o que contém em si mais realidade

tinet, ab eo quod minus. Atque hoc non modo perf-
 picue verum est de iis effectibus, quorum realitas est
 actualis sive formalis, sed etiam de ideis, in quibus
 consideratur tantum realitas objectiva. Hoc est, non
 5 modo non potest, exempli causâ, aliquis lapis, | qui 42
 prius non fuit, nunc incipere esse, nisi producat ab
 aliquâ re in quâ totum illud sit vel formaliter vel emi-
 nenter, quod ponitur in lapide; nec potest calor in
 subjectum quod prius non calebat induci, nisi a re
 10 quæ sit ordinis saltem aequæ perfecti atque est calor,
 & sic de cæteris; sed præterea etiam non potest in me
 esse idea caloris, vel lapidis, nisi in me posita sit ab
 aliquâ causâ, in quâ tantumdem ad minimum sit reali-
 tatis quantum esse in calore vel lapide concipio. Nam
 15 quamvis ista causa nihil de suâ realitate actuali sive
 formali in meam ideam transfundat, | non ideo putan-
 dum est illam minus realem esse debere, sed talem esse
 naturam ipsius ideæ, ut nullam aliam ex se realitatem
 formalem exigat, præter illam quam mutuatur a cogi-
 20 tatione meâ, cujus est modus. Quòd autem hæc idea
 realitatem objectivam hanc vel illam contineat potius
 quàm aliam, hoc profectò habere debet ab aliquâ
 causâ in quâ tantumdem sit ad minimum realitatis
 formalis quantum ipsa continet objectivæ. Si enim
 25 ponamus aliquid in | ideâ reperiri, quod non fuerit in 43
 ejus causâ, hoc igitur habet a nihilo; atqui quan-
 tumvis imperfectus sit iste effendi modus, quo res est
 objective in intellectu per ideam, non tamen profectò
 plane nihil est, nec proinde a nihilo esse potest.
 30/18/ 19 Nec etiam debeo suspicari, cum realitas quam con-
 sidero in meis ideis sit tantum objectiva, non opus

não pode resultar do menos perfeito. E isto não é manifestamente verdadeiro apenas para os efeitos cuja realidade é a *que os filósofos chamam** atual ou formal, mas também para as idéias em que se considerem apenas a realidade que *denominam** objetiva; por exemplo, uma pedra antes inexistente não começa a existir, a menos que seja produzida por alguma coisa em que esteja formal ou eminentemente tudo o que está na pedra, *isto é, que contenha em si as mesmas coisas, ou outras mais excelentes, do que as que estão na pedra**; e o calor não pode ser introduzido em um objeto que antes não estava quente, a não ser por uma coisa de uma ordem, *grau ou gênero** de perfeição ao menos igual à do calor, e assim por diante. Mas, além disso, a idéia de calor ou de pedra não pode estar em mim, se não provier de alguma causa em que haja pelo menos tanta realidade quanto a que concebo no calor ou na pedra. Pois, embora essa causa não transmita à minha idéia nada de sua realidade atual ou formal, não é por isso que se deve crer que ela deva ser menos real mas, *como toda idéia é uma obra da mente**, a natureza dessa idéia é tal que ela não exige por si só nenhuma outra realidade formal além da que toma emprestado de meu pensamento *ou de minha mente**, da qual é um modo, *isto é, uma maneira ou feição de pensar**. Ora, que uma idéia contenha essa realidade objetiva ao invés de aquela, deve-o ela seguramente a alguma causa da qual a recebeu e na qual há pelo menos tanta realidade formal quanto essa idéia contém de realidade objetiva. Pois, se supusermos que há na idéia algo que não havia em sua causa, ela o teria do nada, portanto; e por mais imperfeito que seja esse modo de ser pelo qual uma coisa está, por idéia, no intelecto objetivamente *ou por representação**, ele não é contudo decerto um nada, nem pode, por conseguinte, resultar do nada.

* *que les philosophes appellent*

* *qu'ils nomment*

* *c'est-à-dire qui contienne en soi les mêmes choses, ou d'autres plus excellentes que celles qui sont dans la pierre*

* *d'un degré ou d'un genre*

* *toute idée étant un ouvrage de l'esprit*

* *ou de l'esprit*

* *c'est-à-dire une manière ou façon de penser*

* *ou par représentation*

/18/ Não é por que considero em minhas idéias a realidade objetiva, que devo esperar não seja necessário

esse ut eadem realitas sit formaliter in causis istarum
 idearum, sed sufficere, si sit in iis etiam objective.
 Nam quemadmodum iste modus effendi objectivus
 competit ideis ex ipsarum naturâ, ita modus effendi
 formalis competit idearum causis, saltem primis &
 præcipuis, ex earum naturâ. Et quamvis forte una
 idea ex aliâ nasci possit, non tamen hîc datur pro-
 gressus in infinitum, sed tandem ad aliquam primam
 debet deveniri, cujus causa sit instar archetypi, in
 | quo omnis realitas formaliter contineatur, quæ est in
 ideâ tantum objective. Adeo ut lumine naturali mihi
 sit perspicuum ideas in me esse veluti quasdam ima-
 gines, quæ possunt quidem facile deficere a perfe-
 ctione rerum a quibus sunt desumptæ, non autem
 quicquam majus aut perfectius continere.

(20)/19/ Atque hæc omnia, quò diutius & curiosius examino,
 tantò clarius & distinctius vera esse cognosco. Sed
 quid tandem ex his concludam? Nempe si realitas
 objectiva alicujus ex meis ideis sit tanta ut certus
 sim eandem nec formaliter nec eminenter in me esse,
 nec proinde me ipsum ejus ideæ causam esse posse,
 hinc necessario sequi, non me solum esse in mundo,
 sed aliquam aliam rem, quæ istius ideæ est causa,
 etiam existere. Si verò nulla talis in me idea reperia-
 tur, nullum plane habebō^a argumentum quod me de
 alicujus rei a me diversæ existentiâ certum reddat;
 omnia enim diligentissime circumspexi, & nullum
 aliud potui hactenus reperire.

(21)/20/ Ex his autem meis ideis, præter illam quæ me ip-
 sum mihi exhibet, de quâ hîc nulla difficultas esse

que essa realidade esteja formalmente nas causas dessas idéias, como se bastante que ali estivesse objetivamente. Pois, da mesma maneira que o modo de ser formal é próprio das causas das idéias, pela sua natureza de causa, ao menos no que se refere às primeiras e principais; e ainda que uma idéia possa acaso nascer de outra, não pode haver aqui porém *progressus in infinitum**, e se deve chegar finalmente a uma primeira idéia, cuja causa seja semelhante a um arquétipo no qual esteja contida formal e efetivamente* toda a realidade ou perfeição* que na idéia só está contida objetivamente ou por representação*. É assim que a luz natural me torna patente que há em mim idéias que são como imagens, facilmente menos perfeitas, em verdade, que as coisas de que foram tomadas, mas que não podem conter algo que seja maior ou mais perfeito do que tais coisas.

* *et en effet*

* *ou perfection*

* *ou par représentation*

/19/ Quanto mais demorada e cuidadosamente examino todas essas coisas, tanto mais clara e distintamente reconheço que são verdadeiras. Mas, que concluir disso, afinal? Que, se a realidade objetiva de uma de minhas idéias for tanta que eu esteja certo de que não está em mim nem formal, nem eminentemente e de que, em consequência, não posso ser eu mesmo sua causa, disto se seguirá por necessidade que não estou sozinho no mundo, uma outra coisa também existente é a causa dessa idéia. Entretanto, se não encontro em mim nenhuma idéia desse gênero, então já não terei nenhum argumento que me certifique da existência de uma coisa diversa de mim, pois todos examinei com cuidado e não pude encontrar até agora um outro que o faça.

/20/ Ora, dessas minhas idéias, além da que me mostra a mim mesmo, – e sobre a qual não pode haver nenhuma dificuldade, –

potest, alia est quæ Deum, aliæ quæ res corporeas & inanimas, aliæ quæ Angelos, aliæ quæ animalia, ac denique aliæ quæ alios homines meî similes repræsentant.

- 5 Et quantum ad ideas | quæ | alios homines, vel animalia, vel Angelos exhibent, facile intelligo illas 45
ex iis quas habeo. meî ipsius & rerum corporalium & Dei posse componi, quamvis nulli præter me homines, nec animalia, nec Angeli, in mundo essent.
- 10 Quantum autem ad ideas rerum corporalium, nihil in illis occurrit, quod sit tantum ut non videatur a
me ipso potuisse proficisci; nam si penitiùs inspiciam,
& singulas examinem eo modo quo heri examinavi
ideam ceræ, animadverto perpauca tantum esse quæ
15 in illis clare & distincte percipio: nempe magnitudinem, sive extensionem in longum, latum, & profundum; figuram, quæ ex terminatione istius extensionis exurgit; situm, quem diversa figurata inter se
obtinent; & motum, sive mutationem istius sitûs; qui-
20 bus addi possunt substantia, duratio, & numerus: cætera autem, ut lumen & colores, soni, odores, sapes, calor & frigus, aliæque tactiles qualitates, nonnisi valde confuse & obscure a me cogitantur, adeo ut etiam ignorem an sint veræ, vel falsæ, hoc
25 est, an ideæ, quas | de illis habeo, sint rerum quarundam ideæ, an non rerum. Quamvis enim falsitatem proprie dictam, sive formalem, nonnisi in iudiciis posset reperiri paulo ante notaverim, est tamen profecto quædam alia falsitas materialis in | ideis, cum non
30 rem tanquam rem repræsentant: ita, exempli causâ, ideæ quas habeo caloris & frigoris, tam parum claræ 46

